





De
Scholarum,
Saxonicarum præsertim

H Y E M E

aliqvot vicibus differet,
qvi

Vernalia Scholæ Annææ solennia

discessumqve ab illa discipuli,
hoc, qvem receptum jam olim
novimus, more
indicit

M. Christianus Augustus Freyberg,
Rector.

D R E S D Æ,

IO. CONR. STÖSSELIUS, Typ. Aul, impresfit.



STolpenſis Bibliothecæ *rudera & reliquias* tanti facio, ut mihi nihil prætermittendum, quod ad præſens hoc conſilium meum ſpectet: & illas a prudentibus Viris, qui de omnibus veriffime iudicant, tanti fieri video, ut non dubitem, quin cætera quoque comprobaturi ſint, quibus inſtituti hujus priora non diſplicuerunt capita. Sequi igitur nunc *generis ſocios* jubebo *reliquos complures*, qui cum apparatu ſuo ſacro *diuerſi coloris, odoris, ſaporis, argumenti & pretii* nondum comparuerunt. Sed hi erunt fere:

Bartholomeus de Chaymis. (1) Interrogatorium ſive *Confſionale* perutile per venerabilem Fratrem *Bartholomeum de Chaymis de Mediolano, Ordinis Minorum*, editum in loco *Sanctæ Mariæ de Angel. apud Mediolanum*. Impreſſum ſub Anno (2) Dni. 1482. Appenſum huic libro erat

Speculum Manuale ſacerdotum compilatum à *Fr. Hermanno de Schildiz Sacre Theologie Profefſore Ordinis Heremitarum Sancti Auguſtini*. In quo quidem *Speculo* Sacerdotes *lucide poterint intueri*, quomodo rite tractent aut miniſtrent *tria* precipue *Sacramenta*, que *pre aliis* pertinent ad eorum miniſterium, & ad Chriſtianorum ſalutem Populorum, qualia ſunt *Baptiſmus, Eukariſtia & Penitencia*.

Libri tres de *mirabilibus Eukariſtiæ & accedentium eam probatione*.

Primus de *viginti quattuor* mirab. Eukariſtiæ.

Secundus de peccatis in *uniuerſali* cognofcendis.

Tertius de peccatis in *ſpeciali* Confefſione diluendis.

Impreſſit *Ioannes Hanaw* in *Francophordiana Academia*. A. 1516.

Guido de Monte Rotherii. Doctiſſimi ac famoſiſſimi Viri, Dni *Gvidonis de Monte Rotherii* Liber, qui *Manipulus Curatorum* vulgariter appellatur, in

- (1) Dieſer Mann war auß einem guten Weiländiſchen Hauſe, von welchem man in Ate-
neo dei Letterati Milaneſi dell' Abbate D. Filippo Picinelli, (in Milano MDCLXX. 4f.)
p. 66. daß elogium lieſet: *Alla nobiltà della famiglia Caima ſempre corriſpoſe Pe-
piteto di letterata &c. Bartolomeo ſelber heiſt ſacrarum literarum peritiſſimas, in
arca di ſcienza, predicatore celeberrimo, & huomo di ſanta vita. Seinen Nahmen
haben unter ſchiedene Landſleute, Paolo Morigia nella Nobiltà di Milano, Salvator
Vitale, Francesco Gonzaga, Antonio Poſſentino &c. zum ewigen Gedächtniß aufbe-
halten. Sonſt werden von Picinelli l. c. Eufebio, favorito dal Duca Filippo Maria
Viſconte, Protoſto, Conſigliero del Duca Gio. Galeazzo Viſconte, Gioſanni, dei più
dotti del ſuo tempo &c. p. 66. Giuleppe Caimo, ein berühmter *Muſicus*, p. 364. M.
Antonio Caimo, Juris firmum Columen, p. 408. ſeq. Zacaria Caimo, ein *Medicus* und
Philoſophus, p. 516. ſeq. angeführet. Und mit Pompejo Caimo, Equite Medico, hat
Naudæus Briefe gewechſelt, v. *Enſſ. Naud.* p. 64. 70. 120.*
- (2) Es war in der Stolpiſchen Bibliothec noch eine andere Edition davon vorhanden.
Picin. ſagt p. 67. *Interrogatorium o ſc. Confefſionale* fù ſtampato in Milano l' Anno
1478. & riſtampato in Venetia 1486.

in quo pernecessaria officia eorum, quibus cura animarum commissa est, secundum *septem sacramentorum* ordinem breviter pertractantur. Hæc exarata sunt in famosa Civitate Argentin. A. D. 1493.

Summula Confessionis utilissima, (*) in qua agitur, quomodo se habere debeat Confessor erga pœnitentem in *confessionibus audiendis*, quam edidit Reverendissimus Vir ac in Christo Pater Dominus Frater Antoninus, Archiep. Florent. Ordin. Fratr. Predicat.

(*) Cujus utilitatis pretextu impendio *Antonii de Strata*, Cremonensis impressa ad laudem *Dei*, intemerateque *Virginis Marie* &c. *Venetis* A. D. 1482. Sixto 4. Pontif. Max. Rome *Petri sedem* regente, & *Joanne Mocenico* inclyto Principe *Venetis principante*. (3)

Tractatus de instructione seu directione *simplicium confessorum*, editus a Dn. *Antonino* Archiep. &c. cum sermone *B. Io. Crisostomi* de *Penitentia*.

Manuale Parrochialium sacerdotum multum perutile. Actum A. D. 1255, *Stella Clericorum* cuilibet Clerico summe necessaria. (**)

(**) *In laudem Libelli.*

Aspice presentis, o Clerice, dicta libelli,
Nomen Pastoris quisquis habere soles.
Terrenis nunquam vel paucum rebus adhere,
Hunc mundum spernens celica sola pete.
O quanta mentis acie perpendere debet
Is, qui Pastoris accipit officium,
Ne pro divitiis curam sibi vendicet ipse,
Et non ut populo dogmate subveniat.
Crede, tuo dabitur merces condigna labori,
Apte si proprium rexeris ipse gregem.
Illicitus si cecet amor te divitiarum
Letheas ditis ingrediere domos.
Labitur ex vero si quis tuus agnus ovili,
Ad Christi causam dulcius hunc revoca.
Verus Pastor oves ad summum ducat ovile.
Terrenos cum artus spiritus exueri.

J. S.

Lavacrum Conscientie omnium Sacerdotum. (***)

(***) Quamquam vino vendibili non opus est suspensa hedera, magna tamen *La-*
sacro huic adjecta erat commendatio, sequens nimirum hic vel *Autoris*, vel
typographi obtestatio. *Rogo omnes materiam istam legentes, ut ob misere-*
ricordiam Dei & animarum suarum salutem ab incepto non desistant, donec
ad finem ipsius pervenerint. Ut omnia in eo contenta diligentissime cordi
suo imprimant, & devote conferant.

E 2

Parro-

(3) note tur hæc phrasis.

Parrochiale Curatorum prestantissimi sacre Theologie, nec non Juris Pontificii Doctoris & Artium Mag. ac Ecclesie Pataviensis Canonici, Domini *Michaelis Lochmaier*. Lipsicæ, per *Cunradum Kacheloven*. A. D. 1497. (†)

(†) *Decem libri capita* notavimus olim, quorum Imo definitum erat, *quid sit jus Parrochiale, & in quibus consistat, & quid sit cura animarum?* Idum de *Decimis & Primitiis* inscribebatur. III. de *Oblationibus*. IV. de *penitentiis recipiendis*. V. de *Missis audiendis*. VI. de *sepulcris & remediis*. VII. de *Canonica portione*. VIII. de *benedictione nubentium*. IX. de *Collatione Sacramentorum*. X. de *probenibus* qualitercunque Curato proventibus.

Formula vivendi *Canonicorum* five *Vicariorum secularium*, aut etiam aliorum *devotorum Presbyterorum*.

Repetitio Capituli: Omnis utriusque sexus de *penitentiis & remissionibus*. (††)

(††) *Explicit Lectura decret.* Omnis utriusque sexus de pe. & re. In *Alma Universitate Wiennensi* compilata per egregium Virum, Mgrm *Hainr. de Odendorff*, de *Colonia*, artium utriusque quoque Jur. Professorem eximium. Impressa *Memmingen* per *Albertum Kunne de Duderstat* A. D. 1490.

Textus Canonum penitentialium, cunctis curam animarum habentibus multum salubris atque perutilis, de verbo ad verbum pene de *summa Fratris Astensis, Ordinis Minorum* extractus.

Canones Penitentiales ex variis sanctorum Pontificum decretis collecti &c. *Can. Penit.* secundum processum venerandi *Patris Alexani, Ordinis Minorum*, per varios casus expressi atque in *tractatulum* breviter collecti, *Lipsi* impressit *Wolffg. Monacensis* A. 1516.

Perutilis repetitio famigerati C. *Omnis utriusque sexus de Penit. & remiss.* cum notatis & questionibus quotidianis, utilis non solum penitentibus seu confitentibus, verum etiam omnibus Sacerdotibus Confessoribus tam secularibus, quam religiosis mendicantibus. *Lipsi* impressit *Wolffg. Monacensis* 1517.

Preclarum Opus *Honorii Solitarii* Doctoris excellentissimi, *Gemma Animæ* intitulatum, de *officio missæ*, de *ministris ecclesie* ac de *horis Canonicis & totius anni solennitatibus & ceremoniis*, ac *mystificatione earum & concordia divinarum officiorum* &c. per *Melchiorum Lotterum*, Ducalis Urbis *Lipsensis* civem, impressorie artis Magistrum &c. A. 1514.

Tractatulus de Horis Canonicis dicendis compendiosus, per Venerabilem Virum *Johannem Möscher*, Artium & sacre Theologie Professore, atque

eo tempore in *ecclesia majori Basiliens.* Predicatorem, pro clericis ad easdem horas agendas s. dicendas obligatis compositus & compositus, & *ibidem in loco Capitulari* pro lectorio deputato *per eundem* coram clericis publice lectus. *Impressus Basilee*, per providum Virum, artis impressorie expertum & probatum *Johannem de Bescklein* - - - luculenterque correctus atque emendatus, utpote ex primario suo exemplari immediate transumptus - - A. D. 1483.

Quadruplex Missalis expositio, literalis sc. allegorica, tropologica & anagogica sic ordinata, ut etiam populo expediat *predicari publice* quoad *literalem sensum, allegoricum & etiam tropologicum usque ad oblationem.* Residua vero ad *contemplationem* tantum pertinent, prout *in fine* patet, annexis quarundam *questionum brevium responsis per totum officium* ordinatis. §.

§. *Finit* expositio quadruplex totius officii misse, maxime secundam *Ordinarium Romanum*, cum annexis *questionum responsis* in longius porrecta: que ab initio pretendebatur per fratrem *Johannem Bechoffen*, Ord. Fr. Heremitarum S. Augustini, *desiderantem* ab omnibus & singulis lectoribus, vel aliis fructum inde accipientibus, quatenus *primum* secum gratias agant bonorum omnium largitori, *deinde* sanctis Doctoribus, ex quorum scriptis pleraque noscuntur excerpta. *Demum* orare pro ipso Collectore, qui etsi non ut voluit, tamen ut potuit, omnibus prodesse studuit & laboravit. *Impressum Basilee* per Mich. Furrer A. 1505.

Officii Misse, totiusque Canonis expositio. §§. *Verbosior* huic libro imposita erat clausula.

§§. Anno Domin. *nativitatis 1487.* pridie vero *Kalendas Novembris* explicat *Elucidarius* seu *lilium Misse* ad honorem & gloriam illius, qui in hoc *sacramento* consecratur, D. N. J. C. nec non illustrissimi & eximii Doctoris, sanctissimi *Thome de Aquino*, cujus dicta & determinationes catholicas in hoc opere, quantum ad conclusiones & multa etiam circa expositionem misse, ego *frater Bernardus de Parentinis*, ordinis *predicatorum provincie Tholosane, & Conventus Orthesii in Vasconia* secutus sum. *Qui quidem Doctor* egregius ad preces omnium magistrorum *in Parisiis* super hoc scripsit, quod verum esse videbatur, & postquam scripsit *libellum suum presentabit crucifixo in altari*, rogans ferventissime, quod si vera de eo scripserat, ipse sibi ostendere dignaretur; Et tunc *crucifixus respondit: Bene scripsisti de me Thoma.* Idcirco apparet *liquide ex confirmatione & approbatione divina*, quod, qui hunc *Doctorem sequitur*, non *ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite*, quod nobis concedat Dei filius in secula seculorum benedictus. Amen.

Sacri Canonis Misse expositio resolutissima *litteralis ac mystica* dissolvens simul & *Scholastica dubia* circa Eucharistie sancte mysteria, *Viri quam precipui*

cipui Magistri Gabrielis Biel, S. Theologie Licentiati peritissimi, per eundem ordinarie in *Alma Tubingens. Universitate* lecta, ex viri clarissimi ingenii quondam acerrimi *Magistri Eggelingi de Brunswig*, S. Theologie Licentiati profundissimi, vita pariter & doctrina prefulgidi lectura, in *insigni metropoli Maguntina* ad Clerum pronunciata, declarata & exposita, paucis omisis, pluribus additis ac mutatis quam accuratissime comportata - - industria & impensis probi viri *Johannis Cleyn, Alemanni, Chalcographi atque Bibliopole infamatisimo Lugdunens.* emporio impressa - - A. D. 1517.

Epithoma expositionis sacri Canonis Missæ, laudatissimi Viri *Gabrielis Biel de Spyra*, S. Theol. Licent. In *Spira impressum* per *Conrad. Hyeß*.

Expositio misteriorum Missæ Crisli passionem devotissime figurantium, *meritricæ atque profayce posita*. Et verus modus rite celebrandi cunctis celebrantibus & *missam* fructuose audire cupientibus perquam utilis. *Suppl.* per *Conrad. Kacheloven* 1494 *Accesserat his dapibus secunda mensa*,

Carmen Werdecæ de Vita Divi Onuffrii, cujus *epilogum* (*) inanis fabricaverat superflitio. *Onuffrius* autem bonus Vir vocabatur in auxilium :

(*) *Te Werdecæ* rogat presentis carminis autor,
 Quod sua sit meritis prospera vita tuis.
 Atque rogat pariter requies eterna polorum
 Quod tribuatur ei tempore mortis, Amen.
Onuffrii sanctæ Vitæ meritum.

Isti ditantur donis, quæ me venerantur,
Nunquam damnantur, neque hostes eis dominantur,

Canon sacratissime Missæ, una cum *expositione* ejusdem, 'ubi inprimis præmittitur pulchra contemplatio ante missam habenda de *Christi pulchritudine*, & quomodo ipsa in sua passione ab eo omnino fuerat ablata, *qualiterque* quilibet celebrans debeat esse *dispositus*.

§. *Canonis sacratiss. Missæ expositio* una cum *Textu*, secundum dicta & sententiam sanctorum Doctorum compendiose sub forma utilis repetitionis *almo* in *gymnasio Lipsizensi* per *Bathesarem*, S. Theologie Licentiatum, nec non *Collegii B Bernhardi* ibidem *Professorum*, pro Dei honore, nec non omnium religiosorum ac simplicium Sacerdotum devota instructione in unum collecta, que alias satis diffuse invenitur posita, *finis feliciter*. Hanc optime L. *lege & relege in rem tuam & profice religiose* pro tue anime salute atque optimo profectu. *Que impressa est per Melchior Lotter*, A. D. 1501.

Resolutorium dubiorum circa celebrationem *Missarum* occurrentium, per venerabilem Dominum *Johannem de Lapide*, Doct. Theol. Parisiensem, *Ordinis Carrusensis*, ex sacrorum Canonum, probatorumque Doctorum sen-

fententis diligenter collectum. Colonia in Offic. *honestorum liberorum*
 quondam *Henrici Quenell*. A. D. 1506. (4)

Omnes ac singuli in hac societate heroes *bipedalis moduli* valde olim mihi familiares fuerunt, nec familiaritatem illam frequentioribus annis reddidisse *universa antiquitatis*, obscuræ etiam hujus & crudæ, quo ardeo studio perveniret me omnino aut piget, quum multarum rerum ignarus sic esse sensum ac commode desierim. De uno tantum aut altero jam commemorabo. Præcipua laude ferri complures videbam, literatissimos, eloquentissimos ac sapientissimos vulgo celebrari, principatum quendam *in opinione & præjudiciis hominum* obtinuisse animadvertēbam: Sed cum in perlustrandis & explorandis sedulo gustu illorum libris ipse tempus tererem bene magnum, *causam plerumque tenuem & inopem, nec scriptione magnopere dignam, pensum leviusse crasso filo, rudi sermone displicentes, tricus apinisque refertos codices*, cujusmodi *nugivendorum* solent esse munera, offēdebam. Contra ea sic mihi nonnunquam, ipsi quoque persuasum erat *uno modulo ac pede omnes hos veteranos metienti*, ἐν Ναζαρετ & Δουβήνδι τι ἀγαθὸν εἶναι, quod ab aliis antea, nec sine causa dici audebam, donec primam opinionem fecissem me *in nonnullis ex consociatione proxima & consuetudine intelligere longiore*. Parvum tamen horum fuisse numerum (5) posthac patebit plenius. Ver ea ætate, *Varrones omnes, Festos Flaccosque* testor, erat infæva, ætas infœcunda, inops autumnitas, hyems tristes & aspera: *Sacra* non tangam plus satis impedita, dubia, incerta, insalubria & insipida: quo in statu autem, meliorne an uno eodemque? tunc *res Scholastica* præcipue fuerit, facile, *χωρὶς μὲν*, ex eo intelligi potest, quod scriptum reliqui jam & memorie prodidi. Leve genus scripturæ, stuprum centies latinitati castæ & ἁλῶδι simul delicatæ illatum, iners Poëtica, fabulosa narratio, sensus ἀλογος, tenuis scien-

- (4) Ich fand in der Bibliothec von diesem Buch noch eine Auflage, Cypriß impress, per Arnoldum de Colonia.
- (5) Auf diesem Begeu wolle ich den Hermannum de Schildiz, (vid p. 26.) unter die Scribenten von etwas bessern Schwoc und Kern setzen. Denn, ungeachtet in seinem *speculo manuali* viele unermessliche, unnütze und wunderliche Dinge stunden, e. g. von der Tauffe, die gemeine Leyer, *intentionem baptizantis esse de substantia baptismi*, quod formam applicet ad materiam &c. cavendam esse omnem diminutionem vel corruptionem verborum, maxime circa principium dictionis, ita ne quis dicat atris pro patris, vel matris pro patris, & sic in similibus &c. Wenn aber einer ex ignorantia sagte, in nomine patrias vel filias, hätte es nichts zu bedeuten &c. so waren doch auch merckwürdige Passagen dafelbst anzutreffen, z. E. gleichfalls von der Tauffe, non addendum esse in nomine beate Virginis & sancti Nicolai, licet quidam dicerent, tales additiones non obesse &c.

Scientia, doctrina mediocris inani verborum strepitu superaddito, (*repero enim quae supra dixi,*) ubivis deprehenduntur. At rivi claudendi sunt, cancelli aperiendi *quatuor* juvenibus probis ac honestis, *breves*, quas confecere, *orationes* cras, εὐὰν ὁ Κῆριθ θελήσῃ, καὶ ζήσωμεν, *memoriter* recitaturis. *Primus* eorum,

GODOFREDUS AUGUSTUS HOMILIUS, *Rosenthal. Misn.*

ludos literarios ἐρϕανῶς ἀϕεδόντας intuebitur, & quod quilibet eum *temporis causa* facere poterit existinare, cum charissima *patria* nostra dolebit simul ac gaudebit. *Secundus* ab hoc,

GEORGIUS Gottlieb Haubold, *Dresdensis,*

illud *veterum Philosophorum* præceptum *passim* occurrens, *externa* scilicet *debere nos despiciere & honesto contentos esse*, curatius respiciet, & convenienter *ad mentem* illorum loquetur. *Tertius*, *quique haec ipsa nobis fecit otia*,

CAROLUS GODOFREDUS Trachbrod, *Micro-Roesen. Saxo,*

plenus demonstrare conabitur, *res adversas plus nonnunquam emolumenti afferre adolescentie studiis, quam vel maxime secundas*. Quo demum facto *rite pieque valere* jubebit Patronos suos & beneficos omnes ac singulos, Præceptores, Fautores, Amicosque, *Commilitones* deinde *in schola hac*, cujus *per sexennium integrum* civis fuit impiger, sedator, dicto audiens, gratus, religiosus. Nos dignum *laude & amore* juvenem conferentem se mox *Athenas* regionis, *quæ ipsum progenuit*, idoneumque tempus suis obsequendi studiis, quæ *juris legumque prudentiæ* mancipabit, nactum precibus votisque prosequimur: quod idem *oratorum nostrorum ultimus* faciet

IOANNES GODOFREDUS Betschel, *Wehsensteinens.*

περὶ τῶν ἀποδοχῶν nonnulla, neque ea omnino vulgaria, præfatus. *Latio sermone* ad cogitata sua perficienda omnes utentur, *solus* autem ex omnibus *Trachbrodinus* patriam linguam Latine miscebit, memorem gratumque animum *vernaculo carmine* testabitur. *Fides movere, licuisque canere publico* veterum *luctu*. Dixi, quæ debui & volui: Nunc PATRONOS, FAUTORES & AMICOS *Annae pie & candida* illustres honore ac dignitate, fide ac affectu amoris conspicuos demisse, decenter & impensius pro meis etiam orabo, ut propitii, serenaque fronte institutum probantes, boni, benigni, benevoli, erga nos *cras hora IX. audita* in *Museum* σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον adveniant, ac paulisper *in suburbano hoc horro* commorentur. Scrib. XIX. MAI.


A. M DCC XXXIII.


Pon IIo 615
vol 18

ULB Halle
002 693 135

3







De
Scholarum,
Saxonicarum præsertim
H Y E M E

aliqvot vicibus differet,

qui

Vernalia
Scholæ Annææ
solennia

discessumqve ab illa discipuli,

hoc, quem receptum jam olim

novimus, more

indicit

M. Christianus Augustus Freyberg,
Rector.

D R E S D Æ,

IO. CONR. STÖSSELIUS, Typ. Aul, impresfit.